

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
CAVSSIS QVIBVS DAM
PRAEMATVRAE SENECTVTIS
PRAECIPVIS,

QVAM
FAVENTE SVMMO NVMINE
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO ET DOCTISSIMO
DN. FRID. CHRIST. IVNCKERO
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
HVIVSQVE PROFESSORE PVBL. ORDIN. PAEDAGOGII REGII
AC ORPHANOTROPHEI HALENS. MEDICO
PRACTICO CONSTITVTO
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
RITE OBTINENDIS

AD DIEM V. OCT. MDCCCLXV.

CHAP. 10.—PAPERS.

AVCTOR.
IOANNES HENRICVS BVIHRING

KOCHSTADIO - HALBERSTADIENSIS

HALAE AD SALAM AERE STEPHANIANO

GRAD A DOCTORIS



§. I.

De quibusdam *praematurae senectutis caussis* *praecipuis* expositurus, partium mearum esse existimo, ut ante, quam illas ipsas adgredior, breuissime, quid sit *senectus*, et quenam eius *signa*, condoceam, e quibus deinde, quid sibi velit *praematura senectus*, facili negotio sumus arbitraturi. *Senectutis declaratio* nititur quidem *aetatis diuisione*; dissentire autem auctores in *aetatis humanae diuisione*, constat: sed iam eiusmodi dissidia curiosius et fusius lectoris taedio hic recensere nolo. Bene olim monuit **CARDANVS**, tot reineri oportere *aetatis diuisiones*, quot *causae se offerant diuidendi*. *Aetas* igitur significatu late patente dicitur *omnis temporis*, quod viuere per naturam datur, *mensura*, et *ordinata corporis animati per incrementum, statum ac decrementum progressio*, quae ad mortem naturalem usque se extendit. *Angustiori autem significatu, et sensu medico* *aetas est humanae vitae periodus, septenarium annorum numerum complectens, in qua ad cursum naturae ordinarium *insignes corporum et actionum vicissitudines* sese exercere consueverunt*. Si igitur insigniores corporis humani vi-

cisitudines, aetatem nostram in suas partiendi periodos, tamquam fidos sequimur hodegos, non sine iusta ratione accedimus illis, qui *quatuor* earundem constituisse aequum arbitrii sunt, *primam* infantiae et pueritiae, *secundam* adolescentiae et iuuentutis, *tertiam* consistentiae virilis, et *quartam* denique senectutis. Iuventus floescere incipit anno decimo quarto, hanc adolescentiam sequitur virilis aetas, anno scilicet vicesimo quarto atque incertis limitibus, et fere nullis praeterea, quae aetas in septenaria diuidere possint, mutationum signis, per virilem aetatem ad senectutis primordium, annum quinquagesimum, progreditur. Et vel hic homo optima fruens sanitatem, ubi quinquagesimum attigit annum, statum sui corporis iam est transgressus. Quod iam ad reliquum vitae tempus attinet, in numeris annorum nihil praeterea est ponendum, et doctrina de annis climactericis, utpote quae e superstitione numerorum Pythagoraeorum duxit originem, friuola est, sed vires corporis aetatem designant. Lenta signorum accessione, celerius tardiusue, prout sanitatis est indeles, proficimus et decrescimus. Veteres hominem, ex quo crescere desinit, senescere dixerunt. Hisce igitur positis senectutem esse dicimus, ultimam vitae humanae periodum, intra quam, dum viuendo ultra corporis statum facta semel est progressio, animi et corporis decrementum fieri solet.

§. II.

Senectutem in tres distinguere solent partes, ita ut *primam* ipsius partem, ab anno L-LX, senectutem viridem, alteram, ab anno LX-LXX, medium et senium κατ' εξοχην, tertiam vero ab anno LXX ad vitae finem dicant decrepitam. Aetatem saepe praeuerit animi et corporis vigor, ipsamque senectutem quod attinet, anni nihil definiunt, quibusdam enim senectus est praecox, aliis

fero

de causis quibusdam praematurae senectutis praecipuis. 5

fero vires cadunt. Vnde PLUTARCHVS libro εἰ πρεσβύτερος πολιτευτον, non ad annos, sed ad vires, reipublicae porro interesse haud oportere senes existimat. Et CICERO in Catone maiore omnium aetatum, inquit, certus quin si terminus, senectutis nullus est, recte que in illa vivitur, quoad officii munus recte exsequi ac tueri quis possit. Quicquid autem huius sit, ut plurimum multa senibus ex se desideranda ipsorum aetas facit. TERENTII epiphonema, Senectus ipsa morbus, non quidem proprie de ipso tempore seu ultima aetatis parte valet, quia senes sunt, qui re ipsa non aegrotant, interim in plerisque

nunc felicior aetas

terga dedit, tremuloque gradu venit aegra senectus.

ovid. L. IV. Metam.

plerique morbosam agunt vitam, vnde et SALOMO diserte senectutem dicit tempus afflictionis, dies malos. Re vera senes ut plurimum vnius aut plurium actionum, quas antea secundum naturam praestare poterant, manifesta laetione laborant, vnde BRUNO dogmatic. medic. general. pag. 325. perfectionem senectutis in ipsa imperfectione et imbecillitate consistere dixit, omnia sensim aut citius quasi praemoriuntur, fiunt enerui, exsucci, elumbes. Ex omnibus signis manifesta virium declinatio est conspicua, corporis enim argumentum cessat, moles una cum robore decrescit, partes corrugantur, calor et appetitus minuantur, dentes facilant, somnus leuis, facile turbatur, habitus corporis per se strietior fit flacidus, et vires ira fatiscunt, ut ambulandi potentia destituantur. Aetus vitales segnius multo succedunt, quam antea, ob languorem et sensim increbescensem partium atoniam. Aetus animales prima quidem senectutis periodo, quae viridis audit, interdum satis sibi constant, sed ubi media iam vrget, nedum in decrepita, iudicium, memoria, maxime per se debilitata et fragilis, et

A 3

ipsi

ipsi sensus admodum hebescunt, ut, vbi sibi saltim sustinendis pares sunt senes, hac ratione PLATO de republica γεγοντας δις παιδες recte appellauerit.

§. III.

Atqui haec signa senectutem et canitiem, quae secundum aetatis cursum obrepit, satis declarant; est vero et altera, eaque morboſa circa aetatis rationem, quae illis ipsis signis in non paucis, qui adhuc longe a statu absunt, se solet prodere, vnde merito appellatur *praematura*. Natura tamen et hic non facit saltum, nisi coacta. Itaque quum omnis vitae humanae periodus sit ordinata quaedam corporum per tempora, durationi humanae destinata, progressio, facile quispiam non existimabit, me temere statuere, quasi homo posset hanc vel illam periodum illico transgredi. Aetatem nullam, vt cum GALENO loquor, celeriter decurrentem nouimus, vt puer altero die iam vir fiat, vt non potius sensim per epheborum et adolescentium aetates iter faciat. Comment. in VI libr. epidem. HIPPOCR. Quemadmodum vero in utroque sexu dantur senes, qui quamvis senectum ipsis sit corpus, senecta sint membra, ac supra aetatis statum sint progressi, sani et viri quasi iuuenes, virium robore, facie vegeta, pulca et rubella gaudentes, ita dantur vtriusque sexus iuniores, qui adhuc saepe longius ab annorum statu absunt, at vero corpore parum prospero viventes, morboſe sani, videntur quidem ad tempus nec miseri esse, nec beati, sed breui postea in herba quasi prius, quam adultae aetati appropinquant, ante naturalem terminum perit corporis et actionum integritas, totius sanitatis fundamentum, partium robur, tenor, usus, vel imminuitur vel plane cessare incipit, mortem quasi anticipant, festinant et ante diem cursum vitae conficiunt,

conficiunt, quum potius per aetatis rationem adhuc non corpus solum nutriti, sed praeterea aperte statura crescere et augeri per optimam humorum temperaturam deberet, aut si ad iustam perdutum sit in aliis corpus statuam, fibrae ratione extensionis tenebrae ad corpus conseruandum et pericula avertenda magis roborandae essent per motuum incrementum et motus tonici intensionem, quia igitur in eiusmodi morbo hominibus decrescere et senescere variis de cauiss longe citius, quam aetatis cursus id importet, contingere solet, ita ipsorum conditionem iure senectutem praematuram et λαρθεσταν επι θεωτον εδοι dixeris. Senilis iuuentus praematurae mortis est signum.

§. III.

Variae autem sunt cauissae, quae emaciando corpus vires que nostras atterere, conterere, pessundare et funditus destruere, ideoque canitatem et senectutem praematuram inferre valent. Verum iustam harum et absolutam inire rationem pro circumscriptis dissertationis limitibus nimis longum foret, hinc nonnullas tantum, et quidem praecipuas νασ̄ ἐγκάρα persequi conabor. Quum igitur inter illas fasces gerit hereditaria dispositio, ab illa incipiam. Dari autem hereditariam dispositionem et morbos peculiares ipsi assignandos, a potentia in aetatum deductos, nemo facile ibit inficias. Quem enim fugit, transire ad liberos ex hereditate haemoptysin, phthisin, calculum, podagram &c. Sed de his iam explicatius differere, eorumque cauissam interpretari peculiarem, nimis longum et a praesenti meo instituto plane esset alienum. Iam mihi facti veritas seu morbos esse vere hereditarios, sufficit. Plures quidem autores de illis egerunt, veritatis rationem autem seu illorum cauissam aut suspenderunt, aut si quidam

ipsius fuerint arbitri, in caussis mere materialibus eam deprehendisse non dubitamus. Praecipua quidem, DEO ita instituente, hereditas, quod vnum fere omnes per successiones a parentibus traditam accipimus, ea est, quod plerique pauciores octogenarium, nedum centesimum annum viuendo compleant; oppido enim raro, ne dicam de transgressione, id accidere, satis docet experientia. Sed abeamus iam ab ista hereditate, quia iam proprie ad nos non pertinet, et videamus, quomodo *praematura* eaque *morboſa senectus* ex hereditaria dispositione et aptitudine contingi queat.

§. V.

Illud ipsum omnino in eiusmodi parentibus, qui valetudinarii sunt et corpus cauſariorum trahunt, et visceribus corruptis laborant, potissimum situm esse, nemo non videt. Quin si vel maxime saus sit uterque parens, mater vero sub grauiditate morbis fonticis implicatur, fieri aliter non potest, quin infanti, dum matris adhuc pars existit, saepius eveniat male affectum corpus. Et hinc in multis, suo tamen sensu, valet: *totus homo a natuitate morbus*. Et quam hereditariam dispositionem esse insitam literis ad aequales etiam habituales parentum motus congerendi et excernendi promptitudinem, adeoque morbos hereditarios ipsos promptitudinis huiusmodi ipsas congestiones et excussions, saltem horum motuum molimina mihi habeam persuasum, duplarem cauſam procatarrheticam, moralem et materialem profiteor, quae commotionem generatim efficit, per cuiusvis indolem autem atque inclinationem specialem producit effectum. Si igitur rem penitus cogitauerimus, hereditariam liberorum dispositionem potissimum a motibus parentum haemorrhagicis et spasticis dependere deprehendimus,

de causis quibusdam praematurae senectutis praecipuis. 9

dimus, vbi locum obtinet principem plethora spissa. In theseos nostrae illustrationem haec repetere licet momenta. 1) Liberi in imitandis parentum motibus similibus differunt ratione temperamenti, atque alii maturius impetu quodam eo feruntur, adeo ut, quum in eiusmodi liberis omnes iam periodorum morbos esse hereditarios dixeris, ad veritatem omnino dixeris; in aliis autem labes haec insita ob temperamenti indolem post aliquot aetatis periodos se euoluere molitur. 2) Interim in bene multis morbi hereditarii eo se praebent ingenio, ut in liberis consumacius plerunque se gerant, maiori impetu et longiori, quam in parentibus antea, insultent duratione, adeoque pluribus ac grauioribus ipsos exponant incommodis ac periculis. 3) Exquisite tamen idem morbus parentum prius in liberos non transit, quam aetatis congrua praesto sit ratio, hoc est, quando eamdem aetatis periodum viuendo attigerint, quo parentes generantes illi fuerunt obnoxii. 4) Experientia quoque edocemur, morbos hereditarios nou raro tum demum in liberis inchoari, vbi molimina vel etiam veri morbi cum ipso hereditario propinquitate quadam coniuncti idemtidem praecessere. Ita a parentibus phthisici nati non illico, sed debita aetatis demum periodo fiunt phthisici; interim aetate puerili iam narium haemorrhagiis, anginis, affectionibus asthmaticis tussiculosis, convulsivis diuexantur, et adolescentes postea facti peripneumonia, haemoptysi et saepe phthisi comite afficiuntur. 5) Hocce phaenomenon tamen non supponit, quasi ipsi parentes hisce gradibus antea ad morbum cum liberis communicatum adscenderint, ceterum ab haemorrhoidario natus parente, mature quidem crebris narium haemorrhagiis laborat, et demum pro aetatis ratione euadit haemorrhoidarius, licet parens ante molimina haemorrhoidalia eiusmodi narium haemorrhagiis fuerit numquam obnoxius. Quae quum

B

ita

ita sint, et conges̄tiones haemorrhagicas a parentibus congenitae, versus quamcumque demum regionem directae, caput, pectus et abdomen, aut frustra fuere, et tam facile varia aenula mala, sat grauia, in liberis pariant, aut modo citius, modo tantisper serius iisdem laesionibus ipos opprimant, qua ratione vitam illis promiseris longiorem? Per experientiam enim constat, esse familias, vbi liberi ob eiusmodi onerosam hereditatem vix tricesimum aut quadragesimum attingunt annum, sed ante diem consenescentes praematura morte decedant. Etenim non ignoramus, tempus viuendi corpori eiusque viribus, quibus morbis, destructioni, adeoque morti ipsi resistere deberet, apprime esse consentaneum, si igitur corpora quaedam humana iam inde ab ortu sint praedita vitiosa motuum actione, facile possumus arbitrari, fieri aliter non posse, quin eiusmodi affectionum corporum duratio diu stabilis manere non valeat. Naturam quidem hic mutare difficile est, nec licet semel mixta nascientium elementa convertere, numquam enim reciduntur plane vitia corporis, quae nobiscum creuerunt. SENECA L. II. de ira, c. 18. 20.

§. VI.

Et si porro quicquam ita comparatum, ut vel in perfecte antea sanis hominibus tamquam exitiosum et lentum venenum omnem vitam frangat, adeoque senectutem praematuram quam maxime festinare valeat, est profecto, vbi

Perstat — fortuna tenax votisque malignum

Opponit nostris insidiosa pedem,

OVID. IV. de Ponto.

seu vita calamitosa et nimiae, quae cum eadem coniunctae sunt, animi perturbationes. Scilicet

— — tri-

— — triftitia rebusque ſinistris
corpora franguntur.

Fortunae iniuria circulos nostros, quos duxeramus, ſaepē ita turbat, vt ne quid adhuc licet noſtro arbitrio viuere, in primis multi ſimul non habeant, quae ad viētum parari folent. Facile quilibet perſpicit, quantum momenti hac in re ſit poſitum. Vi-
tae autem calamofacē conditiones nihiſ longum foret hic recen-
ſere. Animi perturbationes vim peculiarem in neroſ et viſcera
abdominalia exferere animique conditionem motus vitales vel
conſeruare vel deſtruere, iater omnes conſtat. Muſuum, at
tyrannicum ſaepē eſt impēriū, primarum viarum in animam,
et animae in primas vias, quod ſatiſ mirari non poſſumus. Ani-
mi pathemata cum negotio chylificationis propinquā habent
cognitionem atque ingens eſt imperium in illius officinae ner-
vos, illa in primis pathemata, quae largiſſimo cuiusuiſ taedii
complexu continentur. Et vix dici potheſt, quae mala altior, ni-
hiſ et continuus moeror, triftitia, curae, cogitationes profun-
dioreſ, magis infixa et contumaciores neriſ et viſceribus chy-
lopocis inferant, id quod nerovorū debilitas et viſ vitalis abolita,
nutritionis deſectus et fibrarum inde inducta rigiditas. Omnes
aſtiones, in quibus vita et sanitas ponuntur, motu abſoluuntur,
hic autem dependet a neriſ, ab illis partibus ſolidis fibroſis,
quae per legem elateris, quo pollent, virtute praeditae ſunt con-
traſtili, quae autem perit in fibris alicuius partis, per cuius
vafa ſanguis non rite libereque circuit, cuiusque partis neri
quocunque modo ſunt laefi. Inter neroſam et arterioſam con-
texionem nihil magis ſubuerit aequilibrium quam in diurnum
tempus productus animi moeror, ſub quo oritur exterioris ha-
bitus conſtrictio, dolere enim quempiam, facies integra teſtatur,
in quam plena amaritie ſe demittit moeror, natiuam generum

purpuram altior et continuus decoquit edax tristitia, ac fit sanguinis ad interiora repressio, qua constrictione atque interiori humorum accumulatione, quo diutiores persistant, tonus et robur partium eneruatur, ventriculi et viscerum vigor destruitur, digestionis et nutritionis negotium redditur impeditius, omnes se- et excretiones vacillant, et omnis somnus, quo vires refici deberent, turbatur, et ipsas ossium medullas nimia moeroris indulgentia corrodit, et vel ipsis capilli in quibusdam incani proueniunt, indicio, ipsis ante diem senescere, quos capillos si microscopio curatius exploraueris, inanes et medulla vacui, colore destituti vero apparent. Et quem fugiunt morbi chronicci, qui diurna pathemata sequuntur taediosa, ut adeo nullum plane supersit dubium, prae-maturam inferre senectutem.

§. VII.

Quemadmodum corporis habitus ad pericula in morbis praedicenda multum facit, ita etiam extra illos ipsius habere rationem valde expedit. Itaque in praesentia *graciles*, inter et *squamofosi* breuioris et longioris vitae caussa prognosticam instituam comparationem, e qua dispalecet, *graciles* prae *squamofosi* ita esse natura comparatos, ut facilius habitum induant senilem, et citius moriantur, quam *squamofosi*, id quod non ideo statuo, quasi alimenti defectu, vnde vix ossibus haererent, id eueniat, sed ob mala varia, quae ipsis accidere eorumque sanitati obesse possunt. Paradoxon quidem hoc videri posset, sed res veritatis est exploratae, nec est, cur contra meam sententiam quispiam *graciles* iubeat magno esse animo, mihiique opponat dictatoris nostri, **HIPPOTRATIS** aphorismum XXXXIII. Sect. II. *vbi qui natura, inquit, valde sunt crassi, celerius moriuntur, quam graciles.* Quem apho-

aphorismum Cicero noster, C. CELSVS L. II. c. I. ita reddit, obesii plerumque acutis morbis ob difficultatem spirandi strangulantur, subitoque saepe moriuntur, adeoque huic aphorismo suum quoque addit symbolum. At vero euidentissimum est, HIPPOCRATEM loqui non de crassis in genere, sed de VALDE crassis, particula augmentatiua, et quidem *natura tates*, qui natura tales sunt, welche von Natur gar sehr dicke, fette und dickebauchige Leute sind, cele- rius moriuntur, quam graciles, scilicet suffocatione, apoplexia, quod per antecedentes et consequentes patet aphorismos. Etenim obesitas duplex est, alia naturalis, congenita, e nimio esu sub- inde aucta, vt sint γεγενες, qui ordinarium habitum excedunt, extensi in sola latitudine, quam longitudini conueniat e pingue- dine et adipis copia, adeo vt venter fasciis opus haberet, αραρτοι, quia p[ro]ae obesitate in illis vix nervus appareret. Atqui hi sunt, de quibus valet HIPPOCRATIS aphorismus, haec obesitas ob- vasorum compressionem est admodum periculosa. Alia vero est ad- uentitia, adscititia seu carnis, que si modica est, illa longe melior. Huius ordinis sunt squamosi, quos ratione praematuri habitus senilis a gracilioribus disiunctos esse sum professus. Homines nimirum, quorum quidem longitudo excedit proportionem lati- tudinis, sed modo carnosi, neruosi, in quibus carnis quidem et muscularum moles, at corpus solidum, succis plenum, intramodo vero constitutum, membrorum iusta proportio, ampla pe- storis latitudo, firma latera. Quadratos, lacertosos, corpora evtagena appellat CELSVS. Fleischichte, leibige, dauerhafte, fern- hafte Leute. Optimus enim habitus est corpus non nimis squa- mosum, nec nimis gracile: In mediocritate omne bonum, at in extremis omne malum. Iam igitur graciliores, qui p[ro]ae illis fa- cilius induunt habitum senilem, sunt *natura tales*, ab ineunte aetate, a primigenia conformatione, qui ab ordinario habitus

modo deficiunt, ab emaciatis quidem non longe absunt, e naturali tamen corporis constitutione, qui amplis vasis, multo sanguine et insigni gaudent agilitate. Gracilior quidem corporis habitus multis de caussis est collaudandus, praे squamoso, si autem est immodicus suos quoque patitur manus, unde si hac in re semper daretur optio, esset eligendum corpus medioeris conformatioonis. Quo graciliora sunt corpora humana, eo sensibiliora et magis irritabilia ob texturam sensuumque vigorem, quo sit, ut periculis, quibus obiciuntur, pluribus subeundis et defungendis plane non sufficiant. Causae vero, quibus, ut gracilioribus valetudinem confirmatam vitamque longiore non tribuat, prorsus adducor, hae fere sunt, 1) quia teneriori ipsorum corpori amplae venae insunt et arteriae, et ob largiorem sanguinis massam sunt plethorici, 2) inde per se, atque in primis quum in negotiis non sint tardi, sed velocias, sanguinis ebullitioni obnoxii, si igitur contentum majus, quam ut continens retinere possit, data porta erumpit, unde haemoptyses &c. quod si autem intra orgasmum molimen maneat, alia mala, quae infert plethora comuta, e. g. congestiones, putredinem, interna vleera oriuntur. 3) Quae eo promptius accidere possunt, quum sint ad iram adeo propensi, imo interdum temerarii, unde febres cuiusvis generis. 4) Debilitantur a quoquis motu resoluente, nedum nimio, unde, quia humiditatis necessariae, in qua vita consistit, defectu laborant, ad contabescientiam, hesticam sunt proclives. 5) A caloris et frigoris vicissitudinibus magis infestantur, quam squamosi, dum praesidio pinguedinis non suat muniti, licet arte suppleri possit libero arbitrio, satis tamen praecipuas partes thoracis et abdominis a rigidioris caeli insultu eiusque noxis plerumque non defendunt. 6) Famen non facile tolerant, vigiliis infestantur, praesertim aegrotantes. Et denique a quavis caussa externa violenta,

violentia, ut contusione, verberatione, casu &c. grauius laeduntur, quam squamosi, et quae sunt adhuc reliqua alia. Ex his igitur allatis, credo, graciliores praesquamosis facilius induere habitum senilem et breuiori dierum epilogo praematurae vitae scenam et fabulam confidere, cuius satis esse ac planum.

§. VIII.

Quum in senectute naturali et matura sit vniuersalis fibra-
rum durities, ita ratione temperamenti homines melancholici ob cor-
poris texturam et omnium motuum segnem et negotiosam actionem
ad hunc statum senilem et macilentum prae aliis sunt proclivi-
ores. Etenim si corporis habitum intuemur, densum illum atque
siccum, sanguinem vero minus dilutum, crassum esse, constat, et
quum ratione temperaturae et texturae reliquum corpus huic con-
stitutioni apprime respondeat, tonus partium fibrosarum, quae ad-
modum spissae, compactae et aridae sunt, est valde tensus. Et
haec fibrarum arida, compacta et constricta constitutio quia non ab
imbibitione, sed a vera in solidum siccum densitate oritur, pori
etiam sunt arctiores, quam in vlo alio temperamento, vaseaque
ampla anguifera apparent atque etiam extensa.

§. VIII.

Quae quidem omnia §pho antecedente dicta spissis humori-
bus mouendis apta sunt, pulsus tamen, quamvis fortis, magnus et
plenus ob humores crassos fortioremque solidarum partium reni-
sum est tardus, hinc talis etiam motus progressius, secretiones
et excretiones segnes, quibus exesse appetitus parcior et nutritio
tardior respondent. Quibus actionibus negotiosae segnioribus,
quum

quum per caussas alias, morales in primis, vitam sedentariam, vigilias, meditationes profundas et continuas, moerores, inuidiam, iracundiam, auaritiam eiusmodi accidere soleant accessiones, atque humores in partes adeo densas et per adstrictionem tonicam rigidas altius non admittantur ac insinuantur, sed in interioribus contineantur intimius atque obstinatius, nihil inde facilius, quam ut stagnationes, infarctus oriuntur, qua re partum solidarum et fluidarum proportio eo sollemnius suspenditur, nutritio longe parior euadit, sanguis multo spissior, quam ante, unde fibrae ob aquositatis defectum, quo per se melancholicorum sanguis laborat, flexiles seruari et emolliri non possunt, durantur potius, calor et color exiguis, et habitus macilentus ingrauecens, facies immutata ad senilem, quam proxime accedit. Quae dum infra aetaris statum citius seriusne eueniunt, quid impedit, quo minus hisce melancholicis praematuram tribuas senectutem.

§. X.

In rerum sex non naturalium, vii loquimur, numero esse mirifico deprehendimus effectu aërem. Etenim a diverso aëris spiramento sanguinis et vitae dependet conditio. Quale aëris ingenium, talis respiratio, sanguinis circuitus, secretionum et excretionum successus. Sufficiens quoque sit; debito elateris gradu gaudens, nec nimis rarus, nec nimis densus, et qualitate temperatus, *αερ επιτηδευς*, ait HIPPOCRATES, hoc est, nullo qualitatum sive primarum, sive secundarum excessu peccans. Quum autem aër quasi instar menstrui cuiusdam vniuersalis se præbeat, quod hinc inde, prout sunt pro locorum diuersitate corporum effluvia, varii generis qualitates absorbet, ita e. gr. aër effluvis viginosis et aqueis infectus sanguinique intra pulmones commixtus segnem

segnum illum et glutinosum reddit, et massam inutili afficit pondere. Ita caelum densum, nubibus obsitum, rauicitates, morbos pectorales infert. Aer frigidior et asperior si tempore spirat plu-
rimo, respirationis actioni, quam maxime est inimicus, et quanta torpeat densitate elementum, testantur thermometra. Nimio et
perpetuo calore humores expanduntur, pori dilatantur, spirituo-
sae et subtilissimae sanguinis partes ad vires appareate necessariae per nimium sudorem auferuntur, hinc longe citius fibrarum ri-
gorem et praematuram iunioribus senectutem importat, ita e. gr.
pubertas populis meridionalibus citius, quam septentrionalibus
oritur, sicuti fidem historici faciunt, hinc ipsos etiam praema-
ture deficere et senescere consequitur. Et quae non motuum
et morborum accessiones in humanis corporibus subitaneae aeris
infecti mutationes, vel ob sublatum aequilibrium, quo natura in
macrocosmo adeo est frequens, accelerando vniunt, et damna
idem idem variant? Sed nolo vterius hic philosophari.

§. XI.

Commemorari quoque mihi licet, ad praematuram sene-
ctutem diuersa quoque climata suum contribuere symbolum. Medice
enim quando de climatibus sermocinamur, non adeo longitudi-
nis vel breuitatis dierum ob inclinationem vel declinationem ab
aequatore ad alterutrum polum habemus rationem, sed quae ca-
loris et frigoris conditiones et vicissitudines, quae nascentia salu-
bria et insalubria, hominum temperamenta, mores, vitae genus,
victum vestitumque, dispositiones ad morbos, et quae sunt plura,
animaduertere solemus. Diuersus aer, diuersa climata, diuersa
etiam natura; et differens rerum salubrium et insalubrium actio,
hinc variae etiam causae destruentes solidarum et fluidarum con-

C

ditio-

ditionem. Quae si rite arbitramur, diuersis climatibus cauiss naturales proprias et indigenas ad morbos, vitam longiorem vel breuiorem, senectutem naturalem vel praematuram offendemus. Quippe climatis salubritas aut insalubritas ex effectu cognoscitur, estque nullum maius maligni aëris argumentum, quam quum sub eiusmodi tractu homines vel morbis endemiis, propriis et quasi vernaculis a cauiss indigenis prognatis frequenter aegrotent et breuiori vitae spatio emenso communiter commoriantur.

§. XII.

Sed commode etiam oportet iam *statio quaedam vitae pecuniaris* considerari. Est hominum genus, qui ex illis rebus, in quibus sollicita ipsorum versatur industria, in operae pretium tantum non semper grauia faciunt sanitatis damna, *metalliffores*, homines ad miserationem laboriosi, viscera terrae scrutantes sua ipsorum viscera ita laedunt, ut praematuram sibi senectutem et mortem acquirant. Praeter alios morbos, e. gr. artuum contraturam, affliguntur insigni asthmatis specie, Bergsucht, dicta. Aliter etiam fieri plane non potest, si mineralium succorum effluvia, ignes centrales sublatos, das böse Wetter und Schwaden, cogitaueris. Sed vltro etiam hic largior, atmosphaeram in ipsorum cryptis, nec euaporamenta noxia semper non esse incusanda, quam bene multa inter malleationem, verberationem, discussio-
nem durissimarum minerarum maxime exigua resegmina, quasi atomica spiritu attrahunt, quam multa mala ob principia salina, sulphurea, mercurialia, saturnina, arsenicalia neruis et visceribus maxime inimica, intra ipsorum viscera non fiunt, quibus adiunxeris fusores, separatores et alios huius generis laboratores. Plerique tandem habitu corporis strigoso, lenta tabe consumti
misere

miserere degunt, tenues hominum umbrae, inanes corporum folles, mala ossium adhuc congesta compago, pallida mortis exordia, paucis, mera sceleta ad breve temporis spatium apparent.

§. XIII.

Sed progredior ad aliam causam. *Multum, sane, refert, propitium habere stomachum.* Motus ventriculi et intestinorum peristalticus magnum salutis nostrae praesidium, at exitii quoque auctor certissimus. Hinc canon: fundamentum vitae in sanguine, sanitatis in Stomacho. Chylificatione semel vitiata, haec vita non semper facile correxeris, quicquid eius non corrigitur in prima coctione, vix corrigitur in secunda et tertia. Ventris segnities, omnium confusio. Appetitus prima instantia est in ventriculo, et hoc alimenti desiderium est in gratiam nutritionis, quae etiam rite procedit, si motus ventriculi et intestinorum peristalticus non est depravatus. Quando SENECA epist. XXI. *Venter, inquit, praecepta non audit, poscit, appellat.* Non est autem molestus creditor, parvo dimititur, si modo das illi, quod debes, non quod potes. Appetitus et nutritio est quidem functio naturalis, et praecipua, et licet, quod functionum naturalium genuinus est character, citra nostram deliberationem et voluntatem succedit, mens tamen nostra in consensum venir, appetitu nimirum naturali admonita, ut ipsi satisfaciat. Et profecto egregie SENECA allatis ipsis verbis praecepit, appetitum naturalem esse alterum, alterum vero voluptatis instinctu peruersum, ubi stomacho non damus, quod ipsi debemus, sed quod possimus, nihil non ingerimus; quicquid peruersus appetitus suadet. Id quod, quanta oeconomiae vitali inferat damna, si quotidie, et pleraque inuitu stomacho maiorem quantitatem ciborum deuoramus, et

si vel optimae fuerint notae, nedum alimenta dura, siccā, crassā, ponderosa, aut qualitatē diuersissima, vt quasi confusum Chaos Ouidianum appellari mereatur, vix dici non potest. Etenim quomodo in vīnum corporis haec demum conuertenda, quum stomachus ipsis subigendis non par futurus sit? Tantum abest, vt bene digerantur, vt potius in eodem maximam partem imperfēcte digesta haereant, diutius morentur, alia quidem citius, alia difficilius concoquāntur. Fit igitur corrupta crassis, stomachus distentus afficitur spasmis, quos sequitur atonia, roboris stomachi muscularis destrūctiō, cruditatum eoaceruatiō, et quo magis nutritiūr deinde corpus, eo plus laeditur, succi vitales minuantur, vasa minima, quae succum nutritiūm deberent transmittere obstruuntur; quibus obstructis fibrarum corruptio successiū efficitur, hinc omnium partium porro deficit nutrimentum arque integritas.

§. X I I I I .

Atqui haec omnia antea dicta eo magis et citius in illis, quibus non sunt valida viscera et motus muscularis plane nullus, contingere debent. Hinc quae desiderantibus sunt alimenta, onera sunt et damna semper plenis, et miserabilior a cruditatis, quam a fame mācies. Et

Quibus in solo viuendi cauſa palato est.

(IVVENAL. Satyr. XI. V. II.)

et qui fuerunt ipsi venter, vt loquitur SALLVSTIUS, sunt demum quasi sine ventre, scilicet

Esca alitur corpus, corpus corrumpitur esca,

Vimque suam minuit, si quid protruditur ultra,

(TERTVLLIAN. ad senator. c. II. V. 36.)

Quae

de causis quibusdam praematurae senectutis praecipuis. 21

Quas, perpendas quaeſo, ſi in adolescentibus aut viris iuueni-
bus, qui adhuc conſtitunt in quocunque corporis augmento,
contingunt, nonne his, quae dixi, poſitis, ſenſum ſenectutis et
contabescentiae ſigna, adeoque ſenectus praematura ipſa ap-
parebunt?

§. XV.

Tranſeundem nunc eſſet ad alias cauſas praematurae
ſenectutis, quales ſunt crassior viſtus, otium nimiam, ni-
mius labor, abuſus veneris et multi morbi perpeſſi; ſed li-
mites diſſertationis et rationes meae domesṭicac id non perni-
tunt, ſed iubent ſcribere

T A N T V M.



C 3

V I R O

V I R O
PRAENOBI LISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IOANNI HENRICO BVIHRING,
LAVREAM PRO PEDIEM OBTENT VRO
AMICO SVO SVA VISSIMO
APPONI CYRAVIT
PROCOPIVS KOLLOSSOWSKY,
R V S S V S.


Opportunitatem diu desideratissimam laetus arripió Amice suanis-
sime, significandi quanti TE, ob egregias animi TVI dotes, et
singularem, quo me prosecutus es amorem, faciam. Dulce enim fuit
a latere TVO semper adesse et utilia consilia, quae suo labore se com-
mendabant, capere. Et quamuis triste sit a tali diuelli amico, cuius
consilio in studiis multum laevaratus fui; interim i felix, si quidem
dignum hygea laurea cingit corona, eat TECVM virtus individuo
passu, et quem naucti sumus amorem aeternitas communicet. Vale.
Dabam Halae Die IV. Octobr. A. 1765.

Ver-

Berehrung und Unsterblichkeit
Ward einst in iener Fabelzeit
Vor seine Wissenschaft dem Aesculap gegeben,
Da er von Charons Schattenschiff,
Die Seelen noch zurücke rief,
Um den erblästten Leib von neuen zu beleben.

Ein minder Schicksal trifft auch dich,
Freund, den der Gott der Aerzte sich
Zu seinen Priesterthum mit Lorbern wird umwinden.
Forsche Du auf der betretenen Spur,
Noch ferner so in der Natur:
So wird alsdenn Dein Fleiss Unsterblichkeit schon finden.

hiemit empfelet sich
P. Milloradowich,
d. A. G. B.



Der Musenchor von Grazien begleitet,
Freut sich bey Deinem Nuhm,
Ein Lorbeerkrantz von Mussen selbst bereitet,
Wird Dir zum Eigenthum.

Man führet Dich zu Aesculaps Altären,
Wicht Dich zum Doctor ein,
Wie freu ich mich! von Deinen Weisheitslehren
Ein Zeuge selbst zu seyn.

Und wird uns gleich das Schicksal ieho trennen,
Vergiß doch meiner nicht,
Ich werde mich auch stets der Deine nennen,
Nach wahrer Freundschaftspflicht.

A. H. Rohde,
d. A. G. B. aus Westphalen.

Die Freude ist der Lohn des Fleißes

Borher muß die schönste Rose,
Klein und spärlich und gering
Frühlingsfäste in sich trinken;
Dann verschwindet sie jeden Reiz:
So lacht, Freund, die Frucht der Blüte
Deiner jugendlichen Zeit.
Sich den Lohn des edlen Fleißes,
Sich das Glück des langen Fleißes,
Das Dich, Deiner würdig küßt.

Obeträte doch ein jeder
So den großen Weg des Ruhms!
Glücklich's Vaterland, du sahest
Kein unnützes Glied an dir.
Du kanst vieles von Ihm hoffen,
Meinen Freunde, dem der Fleiß,
Heute grünende Verdienste,
Aertern würdige Verdienste,
Um die treue Schläfe schlingt.

Heil euch! Eltern, eure Hoffnung
Lacht nunmehr erfüllt euch zu,
Endtet von Ihm jede Freude,
Die eur edles Herz verdient.
Wenn Ihm noch sein graues Alter,
Mancher Greis verdanken wird!
Wenn Er manchen Jüngling rettet,
Wenn Er (o! —) wol selbst euch rettet,
Dann denkt froh an diesen Tag!

Ich, dem Vaterland und Freundschaft,
Mit Dir lange schon verband,
Sehe jetzt Dein Glück, und Freude
Fließt durch alle Adern hin,
Sey noch künftig hin so glücklich,
Als Du heut anfängst zu seyn!
Lebe, Deiner Eltern Freude,
Lange vièlem Volk zur Freude.
Leb auch mir zur Freude wohl.

Ernst Christoph Netebusch,
aus Quedlinburg
d. H. G. G. B.

Ua 4711



Slb.

1

B.I.G.

Black

White

3/Color

Red

Magenta


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Acc 14
15

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**CAVSSIS QVIBVS DAM
PRAEMATVRAE SENECTVTIS
PRAECIPVIS,**

QVAM
FAVENTE SVMMO NVMINE
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO ET DOCTISSIMO
DN. FRID. CHRIST. IVNCKERO
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
HVIVSQVE PROFESSORE PVBL. ORDIN. PAEDAGOGII REGII
AC ORPHANOTROPHEI HALENS. MEDICO
PRACTICO CONSTITVTO
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA
PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
RITE OBTINENDIS
AD DIEM V. OCT. MDCCLXV.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
IOANNES HENRICVS BVIHRING
KOCHSTADIO - HALBERSTADIENSIS.



HALAE AD SALAM AERE STEPHANIANO.

